

Essentialismus.

1. Essentialismus reducit (1) totam cognitionem humanam ad experientiam et intelligentiam et (2) totam realitatem materialiam ad ordinem essentialem.

Reducit totam cognitionem humanam ad experientiam et intelligentiam, quatenus iudicium nihil sibi proprium atque irreductibile habere aestimatur. Ita dicitur iudicium apprehensio nexus, compositio vel divisio, vel aliquid simile, ut omittatur elementum absolutum positionis quo affirmamus sive terminos sive nexus.

2. Ens, esse, essentia.

(a) Ens est dupliciter: uno modo, per essentiam, et ita solus est Deus; alio modo, per participationem, et ita omnes creaturae.

Allis verbis, essentia creaturae non est ^{illimitata} essentia entis ^{limitata} sed essentia angeli, hominis, equi, rosae, lapidis, etc.

(b) Ens cognoscitur dupliciter: uno modo per essentiam seu ^{ita} quidditative, et ~~ita~~ Deus se ipsum et omnia alia intelligit per ipsam suam essentiam quae est ^{illimitata} entis essentiam; ita etiam beati, qui divinam beatitudinem participant, per essentiam divinam ens cognoscunt.

Alio autem modo ens cognoscitur analogice, et ita a nobis hac in vita ut, scilicet, experientia, intelligendo, iudicando quaedam entia per participationem cognoscimus, deinde ratiocinando ad ens per essentiam mediate cognoscendum ascendimus, tertio reflectendo analogiam ^c quamdam notitiam formamus circa totum ens seu omnia entia.

(c) Ens dicitur dupliciter: unum modo, ens simpliciter = subsistens: ens completum = id quod est = id quod esse habet; alio modo, ens secundum quid.

Ens simpliciter est id quod est. Ita Deus, Pater, Filius, Spiritus sanctus, angeli, homines, animalia, plantae, mineralia sunt, sunt sine addito, sunt simpliciter, subsistunt, sunt entia completa, sunt ea quae sunt, sunt ea quae esse habent.

Ens secundum quid ita non est ut tamen quodammodo ad esse referatur. Ita accidentia non sunt sed insunt. Principia entis

potentiis, similitudinibus, actionibus, passionibus, loco, tempore, situ, cauda, unguis, cornibus, etc.

(j) Saepissime sine addito dicitur substantia, et significatur, inquit, quod omnes intelligunt per substantiam, scilicet, aut (1) substantia prima, aut (2) substantia secunda, aut (3) principium intrinsecum substantiale. Quod si tertium significatur, tunc sensus est aut (4) essentia finita quae distinguitur realiter neque ab esse neque ab ente simpliciter (supra g, h), aut (5) essentia finita quae distinguitur realiter ab esse sed non ab ente simpliciter, aut (6) essentia finita quae distinguitur realiter et ab essentia et ab ente simpliciter.

Quaestio

in
Quattuor thesibus una est quaestio quam concilia graeca,
ab Ephesino usque ad Constantinopolitanum III, theologis
scholasticis ~~resolvendam~~ relinquerunt.

Plenus enim quodammodo de naturis quam de persona

3. Ubi unum idemque est et perfectibile per potentiam et perfectum per actum, ibi potentia et actus mutuo proportionantur, et actus dicitur esse illi potentiae proprius.

Ubi autem aliud^d per potentiam est perfectibile et aliud per actum est perfectum, ibi ~~ae~~ potentia et actus non mutuo proportionantur

Quae substantia non est id quod est: nam id quod est, Christus est, neque in alium et alium dividendus.

Quae substantia non est ens simpliciter, nam non est id quod est.

Remanet ut sit ens secundum quid; et cum non sit accidens, neque possibile, neque ens rationis, remanet ut sit principium entis intrinsecum et constitutivum, nempe, haec essentia finita, individua, realis.

Denique, quia non est ens simpliciter, quia est ens secundum quid, non subsistit; et quia non subsistit non est persona humana.

Problema

Est ipsum problema philosophiae christianae. Agitur enim de evolutione in ipso campo philosophico peragenda, cuius tamen occasio est dogma catholicum de incarnatione Verbi. Neve credas ~~nam~~ quod agitur de evolutione peracta, nam usque hodie permulti sunt theologi catholici qui sententias Scoti, Tiphani, Caietani defendant.

Qua in evolutione duplex est gressus: primus est realem intelligere distinctionem inter "esse" et id quod est, secundum illud Boethii, "Diversum est, esse, et id quod est.." Quomodo substantiae..., ML 64, 1311 B; alter autem est gressus realem intelligere distinctionem inter essentiam et id quod est